



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.16. Vt audiuit &c. Tunc quidem mansit duobus diebus in eodem loco: Tardavit Dominus, morti locum concedens, vt suam ostenderet, sicut in Iordane, potentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Petrus crucifigatur, Paulus decapitur, Stephanus lapidibus obruitur; in craticula Laurentius exuratur; sic eius gloria conueniebat, vt haberet, qui diuinitatis suæ testes essent adeo constantes, vt pro eius confirmatione, vitā suam profundere & sanguinem tradere non dubitarent: & hic non vnus esset, sed plures & mille millia, an ergo ad nominis sui gloriam sibi morte & iactura vitur alienorum? vitur: etenim sunt eius amici: vnde illis eorumque bonis vitur, in quo & ipsi trophæum suum & gloriam statuunt primariam.

XII. Qui nimium lugent in aduersitatibus, veri non sunt Dei amici.

XIII. Gentiliū feruor in Deos suos non fundit.

Insuper ex his patet, quā parum te amicum esse Dei demonstras: cum volente ipso aliquid tui ad gloriam suam usurpare & in tua fidelitatis atque amicitia probationem, tanto dolore crucieris, vt te clames infelicem, & infortunium esse definias: quo non immoderato te vexas dolore, ac luctu, quando tibi filium aufert charissimum? quanta desolatione deprimeris dum tibi filiam adimir dilectissimam? sic te habes, ac si tibi non tolerandam intulisset iniuriam: quā impatienter ubi doles auferri facultates salutemque corporis? hoc cū est amicum esse Dei? sic cū respondes amicitia, quā te prius præuenit tibi cuncta, quæ possidebat, ipse confignans; quanto pudore suffundi deberemus, pendentes ea quæ Gentiles suis offerebant simulacris. Adera enim diabolus, & ingressus idolum, vt Deus volebat adorari, dicebatque, præcipio: vt in mei obsequium immoletur hic coram talis Principis talisque Regis primo; nitus, ilico parentes ipsi filium apprehensum & coram idolo iugularum, exurebant, iactabantque felices quod Deus suus eorum dignaretur sibi dona consecrari: quinimo in ipso idolo valis Tophet, dum filij spectantibus parentibus exurerentur, tympana quatiebant, iudebantque fistulis, aliisque lætitiæ instrumentis, quo suam testabantur mentis alacritatem, dum filios suos & viderent & audirent plorantes, & aque in ipso simulacro viuos concremari, & hoc quidem non vno fiebat die, aut biduo, non vna faciebat natio, non plures, sed omnes mundi nationes, idque per annorum mille curricula, quid plorant in ipsis Indijs mos increbuerat (vt alias diximus) quod annuatim in vrbe Mexico de monti viginti millia cordium filio, um offerrentur, & quidem nobilium totius regni, quos patres tanta demoni voluptate consecrabant, vt diem illum albo calculo, tanquam familiaris suæ honorificum, festiuumque insignirent, quibus certam cuncti congratulabantur, ex dono gratiæ,

quo Deus illos affecerat, volens se eorum filijs honorari, alijs æmulos se ostendentibus, quia sibi tanta non conferebatur gratia. Heu Domine mi, quā multo minoris te facimus, cum te talia non petente sed volente huius nobilis, vel equitis, vel alterius cuiuslibet filium, tantus eratur luctus, & ploratus, tota lamentatur familia, vestem induit lugubrem, & se clamat infortunatam: & dum ab altero vel micam auferte studes sanitatis, vel granam facultatis, omnia querimonijs, omnia impletur impatientiā. Satis superque testatur amorem nostrum imperfectum, norandum, frater mi, in aduersitatibus tibi contingentibus, quod Deus te velis vt ad nominis sui gloriam, tibi que dicat: *Infirmus hac Ore pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.*

§. 16. Vt audiuit &c. Tunc quidem mansit duobus diebus in eodem loco: Tardauit Dominus, morti locum concedens, vt suam ostenderet sicut in Iordane, potentiam.

Postquam Dominus nuntium a se, hoc ref-
ponso, dimississet, ait Evangelium quod bi-
duo in eodem loco vbi occurrit illi nuntius,
remanens. Narrat autem hoc verbis adeo my-
sticis, vt velit nos diutius illis inhære, faci-
huius mysterium perpendendo: *Vt ergo audiuit,*
quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem
loco duobus diebus, non ait simpliciter, quod Do-
minus ibi manserit, sed ait: *Vt ergo audiuit,* mora nō
quæ est nota relationis: insuper temporis circum-
stantia declaratur per *Tunc*: deinde adiungit
confirmations aduerbium? *Quidam* quasi dicat:
auditis his, quæ audiuit, eodem momento de-
creuit in eodem loco remanere duobus diebus,
quid hoc Domine mi? tunc ille, qui tanti tuos
facis amicos: an ex eo, quod tibi nuntiarunt, re-
moræ sumis occasionem? *Vt ergo audiuit & tunc*
quidem mansit. Contrarium, ni fallor videbatur
inferendum: etenim amoris veri est illa proprie-
tas, nullam necesse moram, vt amico subueniat
pro rei necessitate laboranti: *Ne dicas amica tuos* *Prout. 3. 28.*
vade & reuertere: cras dabo tibi, cum statim possis
dare: Sic monet Spiritus S. Quam primum, co-
gnouit Abraham captum in prælio ab hostibus
Lot, agenda cuncta demisit, & euro velocior
accurrit, illum erepturus. Quā horā nuntiauit
Dauidi, amicos suos ab Amalechitis grauer
oppressos, ne quidam quidem distulit ijs necessa-

nas adferre suppetias; quàm fidelis foret ille medicus, si præmonitus; quod talis illi amicus lapsus esset in Paroxysmum, eadem hora resideret, & data opera lussus vacaret & confabulationibus; amor est diligentissimus: idcirco Alarus depingitur.

II.
Hoc fecit
vt suam
tantò cla-
rius ostē-
detet vir-
tutem.

Quis igitur credat, Domine mi, quod eo ipso tempore, quo amici tui denuntiatur infirmitas, quod esse debere videtur tempus illud quo statim de loco discedere; eodem instanti hærea, non vna hora, non duabus, sed biduo? videtur quod Evangelista nos quasi de hoc dubios aduertens, quibusdam hoc particulis certis assereret, dicendo: *Tunc quidem mansi in eodem loco duobus diebus*: Non dubito quin voluerit hic Evangelista magnum declarare mysterium: & quod non sine ratione audiens sibi Lazari denuntiari infirmitatem, substitit diebus: per hoc incipiens implere: id quod iam dixerat quod illa infirmitas ad Dei gloriam proveniret, per quam & ipse Filius Dei esse cognosceretur: ad hoc enim expediens erat toto illo tempore demorari, necessario, quidem, vt eo morbus ingravesceret, donec tandem Lazarus humanis valediceret, sepeliretur, & in sepulcro corrupteretur: ita vt ipso iam accedente dicere liceret: *Domine iam fiet: quatrduanus est enim*.

Iosue 1.
10. & 3. 1.
15.
III.
Mors
compara-
tur flumini
Iordanis
cuius ex-
ponitur
Allego-
ria.

Recordatur, vt opinor, Evangelista eius, quod Spiritus S. narrat duci suo inuicto Iosue a Deo præceptum in eodem loco, ubi modo Dominus, motam trahit triduanam. Cum toto populo ad oram venit Iosue fluminis Iordanis: hic enim ostium erat aperiendum ad ingressum terræ promissionis: iam fluvius hic inundare cœperat, licet non eo visque, vt non posset peruari: Sicut de facto illum duo viri liberè persuaderunt, quos Iosue misit exploratores ad urbem Iericho ultra Iordanem: consulto Iosue Dominum de modo transeundi: cui ille: hic ad oram consistite: hic totus populus cum Arca fœderis ex industria conveniat, & triduo præstoletur: quo intumescat Iordanis aquæ tantum increscant, vt totum fluminis impleant aluenn, ex aquis deluper affluentibus; ad quid hoc ergo Domine: an non expediret, vt illico transemus cum modo facilis pateat transitus fluminis, quàm si differamus donec ad summam visque aquæ fluminis intumuerint, quis illum tunc saluus pertransiet? imo potius hoc intentioni meæ convenit. Hoc autem præcedo, vt totus mundus arcæ meæ virtutem agnoscat in qua vult in sede resideo, si modo dum aquæ paulatim increscent fluvius transterretur, non hæc foret tam præclarum faci-

nus: increscat quantum potest ex continuo aquarum affluxu, totusque intumescat, quatenus constet nullis posse viribus per illum sterni transitum: tunc enim; & accedente arca mea submittet se fluminis impetus, & violenti se cohibebunt torrentes: medium aquis in declivie fluentibus, sed retrogradu cursu subsistentibus; per hoc autem diuina eius virtus innotescet: *In hoc Iosue, scietis, quod Dominus Deus vivens est in medio vestri*. Promissis facta conveniunt: cum enim fluvius aluenn impleteret, & aquæ ad summum visque intumuiscent, sic vt non possent amplius præcepit Deus eo fœderis arcam adduci, conflantem agnoscat fluvius diuinam eius potentiam, clarè conspiciunt omnes, quod suos continet impetus, quod aquæ fultum resiliant, & ita in vnum conglomerentur, vt ipsis montibus esse viderentur altores: ita nunc, cognoscat omnes quod in arca illa Deus vivus lateat: cuius venerandam Iordanis alioquin indomitas & maiori fluvius impetu, vereatur maiestatem, qui hæcenus nulli se submiserat.

Hoc postmodum Pfalterio suo facinus David celebravit, dum ab ipso Iordane refluxus sui inquit rationem: *Tu Iordanis, quare conuersus es retrosum?* Respondet: *A facie Domini, ex veri Dei præsentia, cui subiiciuntur Maræ, flumina, terra, cæli, & creata omnia*. Intendit hodie Deus, vt pateat in hac humanitate filius eius, non sicut in umbra, & figura, quemadmodum in arca sed illi realiter verò & hypostaticè vnitus: *Deus erat 1. Cor. 4. in Christo*; & quidem sic vt in illo tota esset diuina potentia: *In quo inhabitat omnis plenitudo Colos. 2. diuinitatis corporaliter*. Ad huius probationem decernit, vt mortis fluvius suas declinet aquas ad domum Lazari, per molestiam ægritudinis: potens erat ipse continuo aquas illas constringere vnico suo verbo, vt sapius ab ipso factum esse cognouimus: quinimo cum hoc sit illi valde frequens, volens quid omnino patrare singulare, per quod omni constaret mundo, quis ille sit, biduo remoratur; imo quatrduo, antequam accedat, vt interim aquæ huius fluij mortis increscant, quantum fas est, nec vltra suas possint vires exerere. Quid aperire potest mors? Primò vexare potest infirmitatibus: sunt enim Mortis præcursores, qui viam illi sternant: an amplius explicari potest: potest vique occidere, vitam auferre, animam a corpore separando: an vltra potest, corpus ad sepulcrum trahere, velut ad proprium antrum, suumque domicilium daturus vltra: datur: ibidem illud deglutire, deuorare, consumere, digerere, suoque ventri miscerere, lupa inma-

inior quid in agnum potest efficere: morsum in-
figere, quo illum proternat adimatque illi vi-
tam: potest in speluncam suam attrahere. in sto-
machum trahere; eamque digerere; an ali-
quid amplius? iam eo peractio nihil superest a-
gendum.

V.
Has tamē
Christi
virtus lu-
perat.

Sæpius voluit Dominus sue diuinitatis ma-
nifestare vires contra mortem, sed in quibusdam
casibus, in quibus ipsa nondum extremas vias
exererat vires, nec tantum quantum poterat, effe-
cerat: multos curauit infirmos, vt seruum Cen-
turionis, filium Reguli, & quosdam alios: qui-
bus iam mors deitern infigerat ægritudinis, sed
nondum occiderat. Filium à mortuis reuocauit
Iayri Principis synagogæ, & quam iam mors in-
teremerat. Sed nondum sustulerat, vt in spelun-
cam traheret sepnicti; heri iuuenem illum ex
ore mortis eruit, quem ipsa trucidauerat, &
in speluncam suam attraherat: nondum quidquid
poterat, effecerat. Nunc autem, dum diuinam
suam intendit exercere virtutem, mortis viribus
longe superiores, procrastinat, locumque ce-
dit, vt incrementæ aquæ quantum possunt, & non
solum illum mors infirmitate percuciat, sed &
occidat, & sepeliat, sed nec hoc satis, imo per-
mitti, vt deuoret, & comprehensum digerat, sic
vt nihil super sit illi de cætero peragendum.
Exspectat dum Lazarum occidat, illum terra
recondat, illum consumat, illum in puluerem re-
digat, illum pædore compleat, quasi iam plene
digestum: *Vis tota mortis impleta est:* ait D. Petrus
Chrysiologus.

D. PETR.
CHRYS.
Serm. 63.

Modo igitur prodeat, & donec hæc peracta
sint iter suum differat, vt pateat, quod Deus sit
vires, de quo cecinit Dauid, illi esse proprium
quemlibet de mortis vinculis absolvere, quin-
imo eius ore & stomacho absorptum erueret:
Domini Domini exitus mortis hoc valuerunt hu-
ius potentissimi Regis vires, dum adhuc Opilio
Patris oues custodiret, vt manus iniiceret lupæ,
& leonæ, & vrsi violenias, dum ouem vnã
sibi eripuerat eamque dentibus eorum erue-
ret, verum nec in illo, nec in quolibet alio tantæ
possunt vires inueniri, vt ouem eruant, quam
iam Leo stomacho suo iniecerit, & plene diges-
serit, vires sunt hæc Deo proprie, & illas aiebat
esse certissimam diuinitatis sue confirmatio-
nem. Dum olim Dei populus in Babylonia ca-
ptiuus de se querebatur, quasi iam omnis spes
esset ablata remedijs, his verbis hoc indicauit: se
in ea regione quasi sepultum esse, & à morte de-
uotatum. Ita nunc, ait Dominus, congrua est

VI.
Resuscitatio de
sepulchro
diuinæ
potentiæ
signum.

Hieron. Bapt. de Lazaro Tom. III.

hora, & tempus oportunitum, vt prædæm ego,
& brachij mei vires demonstrarem: gratenus li-
quidò tibi constet, quod Deus sum: qui potesta-
te valeam mortuos de sepulchris educere, in qui-
bus mors illos iam consumptos tenebat & exe-
fos: *Ecce ego aperiam tumulos vestros, Popule meus: Ezech. 37*
& educam vos de sepulchris vestris, & inducam in 12.
terram Israel & scietis: quia ego Dominus, cum a-
peruero sepulchra vestra, & educero vos de tumu-
lis vestris, popule meus: & dadero Spiritum meum
in vobis, & vixeritis. Vt cognoscatis, inquit Do-
minus, quia Deus ego, & securum huius habea-
tis argumentum, iter meum protelauit: morti li-
beram concedens potestatem, vt agat quidquid
& potest & nouit: ne dicat aliquis: quod liberat
illi non permiserim habenas, nec prædæm per-
fectæ eius dimiserim potestati: vt brachij sui
Samson vires proderet, in Phylistæos, hinc se
ligari, & religari, vinculis, restibus, nouis, dupli-
catis, triplicatis: eia agite Phylistæi, an ligare
luber fortis: an aliquid agendum superest? ni-
hil omnino. Hanc igitur meam declarabo potes-
tiam, nunc vires exeram: vinco, tractu cunctos
diffringit funes, & laqueos: ecce potest hic vni-
co tractu plus, quam vos omnibus vestris ma-
chinis efficere.

Rationem inquit D. Augustin. cur Deus de-
legans Moysen ad Pharaonem obfirmatum, &
contumacem, vt diuinam illi notam faceret po-
tentiam quam Moysi dederat miraculorum ei-
fectricem, illi præceperit, vt pedentim pro-
grederetur, & disputans cum magis, & incan-
tatoribus Pharaonis, liberam illis permitteret
quælibet agendi potestatem, quam & illis con-
cessit, vt prælijs suis virgas in colubros & a-
quas verteret in sanguinem: vt quid tanto il-
los tempore patitur dicebat illis Moyses: ea a-
gite: quidquid nolitis, quidquid potestis, vt quid
illos, o Dux strenuissime, minime reprimis, ma-
nusque eis ligas: cum hoc tibi sit adeo facile: *Vt*
mirabilius vincerentur. Cum hinc constet Dei
potestatem in Moysè omnium dæmonum eui-
cere potestatem, qui per incantatores illos ope-
rabantur, omnem suam extendo tum scien-
tiam tum potestatem. Licet hic conijcere, cur
Christus moram traxerit & cur, dum illi denū-
tiatur à morte Lazarum impugnatum, pedem
figat immotus q. d. in hoc ipso opere meam ego
contra mortem diuinam demonstrabo poten-
tiam: eia age, habenas illi permittamus laxissi-
mas, vt illi nihil super sit peragendum: audiamus
D. Petrum Chrysiologum: *Vt audiuisti infirmari*
Lib. 10 de
Ciuit. c. 8.
VII.
Magi
Ægypti
permit-
tuntur
omnia fa-
cere, vt
Dei po-
tentia
ostenda-
tur.

D. PETR.
CHRYS.
Laza-
Serm. 63.

K k

Lazarum mansit ibi duobus diebus: videtur quem admodum dat locum morti, licentiam dat sepulchro, corruptioni posse permittit. negat nihil patre- dini nihil factori, atque ut tartarus, rapiat, trahat habeat, admittit, atque agit, ut humana spes tota percat. Et tota in mundana desperationis incedat: quatenus quod factus est, diuinum sit, non huma- num.

§. 17. Tunc dixit: eamus in Iudæam. Si- cut moram trahit, quando hora non est op- portuna, sic diligentes accurrunt ad opportu- nam, ut declarat Abacuc.

50 **N**otandum autem, quod Saluator noster sicut ex industria, procrastinat, quando conuenit, sic ipse, nemine eum mouente, agit de subueniendo hora tempestiua. nec enim vel momento subsistit, illa iam accedente. Quocirca addit Euangelista quod elapso biduo ipse suis dixerit discipulis: Eamus in Iudæam iterum, declarat nobis Salomon diuinæ sapientiæ proprietates, id est, Christi, Saluatoris, iuxta A- postolum quales autem sunt: *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia: id est nihil diligentius, ni- hil solertius, ita D. Aug. imo hac de causa de ea pronuntiat, quod instanti temporis: Attingit à fi- ne usque ad finem fortiter.* Lux est diuina, quæ eo instanti quo lucebat in Oriente, totum peruolat spatium, usque in Occidentem, ut nihil sit, quod eius cursum temoretur nec momento quidem temporis, serendum nihilominus quod *Disponat omnia suaviter: eo modo quo musica harmonia ex qua sonus auditur suauissimus, qualem descri- bit Spiritus S. audit in templo, dum eius sacri- ficia summus sacerdos Omnia celebraret: Et in magna domo auditus est sonus suauitate plenus.* Cantor industrius in vocibus suis est obseruan- tissimus: quatenus enim in mensura multa conueniant puncta, vnci, semi vnci, suspicia, minimi & seminimmi: nihilominus aduenies quod cum musicam ordinar, tacitus tæret, & vocem atque alteram præ erit mensuram, qui amice hæres & vocem tuam suspensis? Domine, Musica est, & tempus expectandum opportunum, idque adeo necessarium, ut nisi expectaret cantu omnia dis- sono miscerentur, sic aut diuina sapientia omnibus accurrat *A fine usque ad finem, summa diligentia: In seruando te non morabitur: sed ut fiat ex rei conuenientia, expectat vno altero, imo decem diebus, & quotquot iudicat expedire, ut opus suam habeat perfectionem, ut debitam Musica*

consonantiam: idcirco ait Spiritus S. quod diui- na sapientia *Omnia prospiciat, omnia contem- peret, & iuxta D. Ambrosium: Speculatur omnia, Lib. 3. de omnibus prospicit, omnia speculatur, ut mihi he- Spiritu Sa- ne videatur exprimi illa figura, in qua se Prophe- ta proposuit Ezecheli: habebat enim in manu III. mensuram vnam & alteram, quæ cuncta metie- batur: Funiculus lincus in manu eius & calamus lus & mensura in manu eius, quo designabat, quod o- pera sua cæco non faciat impetu, sed progre- diendo cum mensura, & calamo, nunc subsistens, eius. nunc subueniens, quomodo, quando, cæque ra- tione qua consultum fuerit: non enim diuina, hoc opus est sapientiæ, quam primum vocatus, accurreret: ad primum necessitatis sensum auxi- liari: atque ad primam remedij suppl. cationem, exaudire: sicut nec ad hominum petinet medi- ci sapientiam, aquam in summo paratæ, eo quo petit instanti, eo quod sit languens exarel- cat.*

Hoc vult Deus, intelligamus omnes eo tes- tificati, quod vati dedit Habacuc: extremis labo- ratat populus angustijs, & calamitatibus ange- tatur non vulgare, ex continuo incursu int- venire ad remedium quibus non parum accrebatur; à Deo utilitatē remedium postulat semel, bis, terpius, tacet nostiam. Deus, non respondet, non succurrit; angitur Propheta, & ait: *Uisne quæ Domine, clamabo & non habet. et exaudies: vociferabor ad te, cum patiens, & non sal- uaberis? hi: contormiter querelas exponit va es hic amorosus: Domine mi, sancte meus, nunquid tu ille, qui nobis contra mortem iurasti defen- sionem? Numquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non morimur? dato hoc li- bello supplici, summa expecta. attentione, quid Deus illi respondeat: *Super cussidiam meam fla- bo & c. & contemplantor, ut videam quid dicatur mihi.* Elapso multo tempore, tandem respondet Deus: *Respondit mihi Dominus: quid quæso res- pondit? ait: responsum mihi à se dandum, tanti esse momenti: ut iubeat illud, me in tabulis ex- arare. literis adeo claris, & omnium oculis expo- sitis ut quilibet eas posset absque vlla hæsitatio- ne & offendiculo perlegere: *scribe visum & ex- plana enim super tabulas ut percurrat qui legit eum.* Quid continet? respondet quod licet videatur procul absitare Deus, eum tamen videbis esse proximum dum expedierit: *Abhuc visus pro- cul, appa. ebit in finem: si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit, arcana sunt hæc verba, si tunc videtur, quando aduocas illum, quod procul abhuc abest, si visus procul? no- ueris autem quod apparebit in finem, alij le- gunt:***

Sap. 7. 17.
Lib. 4. de Gen. ad literam 10. 12.
I. Deus omnia prudenter disponit.
Eccl. 10. 10.
II. Similitudo.
2. p. 46. 13.